

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

In formosam fato praereptam. Emblema CLVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](#)

In formosam fato præceptam.

EMBLEMA CLVI.



**C**V puerum Mors ausa dolis es carperē Amorem,  
Tela tua ut iaceret, dum propria esse putat?

COMMENTARI.

- I. MORS Amori astum dormienti surripit arma, arcum, sagittas, & pharetrum sibi verò sua vicissim relinquit, falcum cum clepsydra.
- II. EIVSDEM est argumenti cum superiori, quo deficit cuiusdam formosae virginis immiterum obitum. Increpat itaque Mors tamquam huius funestissimi mali caussam, nimurum quæ Amori dormitanti tela detraxerit: quo effectum est, ut postmodum lethiferis pro blandis lassisq; viceretur. Ita scire fit, ut pueræ nubiles tumulto recondantur, quæ potius thalamo erant addicendæ. Respxit hoc Claudius Minos,
- dum aliquando epigramma ludaret in gratiam nobilis cuiusdam adolescentis, qui magno suo dolore amicam, lectissimam priusque nobilitatis iuenculam, præmatuра morte sibi erupta lugebat; cuius carminis haec fuit pars quædam:
- Ab virgo infelix, quid te Libitina trucidat  
Tam cito, formoso digna puella viro?  
Inuidit thalamotumulus, quo t'ge primas  
Coniugij tadas ipse parabat Amor.  
Sic penetrabilis telum fuit istud Amoris:  
Mors aberat, morte cupide fecit Amor.  
Sic maleficius Amor, Mortis qui spicula  
dirus*

Tt 3 Arri-

*Arripuit, quando lethifer omnis erat.  
Sed nil nos questusq; iuuant, mollesq; su-  
furri.*  
*Virgo iaces, thalamis aptior una tuis.  
Quam misere ante diem Parcarum stam-  
ne rapta*

III.

*Conderis in tumulo, digna puella thor-  
AVSA dolis carpere] decipere, fall-  
re Poetarum est signis ludere, rebus in-  
corporeis corpora trahere, & quicquid na-  
turale vel fortuitum est, ad arem consi-  
lium re ferre?*

*Dum propria esse putat] Allusio ad erro-  
rem & mutationem armorum, quam Em-  
blemate precedente fusè explicavit.*

IV:

*Puellarū  
mors pre-  
propera.*

*O B I V R G A T (vt dictum est) Mor-  
tem, quod Amorem cæcum & puerum fe-  
llerit, tradens illi arcum & sagittas mor-  
tiferas, quibus dum pueros & virginulas  
percudit, mortale vulnus infligit. Id autem  
fit immodica amor vehementia. Quod  
quidem saepenumero contingit, vel cum  
puellæ amore captae desperantes expirant,  
mortemq; spontaneam aliquando malit,  
quam ab aliqua spe incerta ac dubia lacta-  
ti diutius aut cum corporis aliqua ægritu-  
dine, vel causa alia minimè cognita, quo  
tempore de coniugij negotijs agendum e-  
rat, antè mori discit, quam viuece incep-  
rint. Sic enim amor ille cœus tenera & im-  
patiens, immo vero expes, cortipere tela  
mortis dicitur, cum iuencula ille teneræ  
& delicate aut se falli sentiunt, aut nihil  
spei fore intelligunt in eo, quem ardēti ani-  
mo cœcupuerunt. Sic plerumq; mala for-  
tuna prosperari illam fallit & iuperat. Tā  
enim variæ sunt eius vices, vt cum maxi-  
mè laxa speremus, tristissima eueniunt; su-  
bitoq; ex stote ciuii. Nam fata regunt ho-  
mines. Et venustè canit Ovidius 4. de Pōt.  
*Ludit in humanis diuina potentia rebus.**

*Et certam præsens vix habet hora si-  
dem.*

*Tu quoque sat timeas, & qua tibi lata vi-  
denter,*

*Dum loqueris, sieri tristia posse puta-  
In haec sententiam ita philologatus est  
Lucilius, teste Seneca. Non repete in mor-  
te incidimus, sed minutatum procedimus.  
Quotidie morimur, quotidie enim demini-  
tur aliqua pars vita, & tunc quoq; cum  
crescamus vita decrescit. Infantiam amifi-  
mus, deinde pueritiam, deinde adolescen-  
tiam: vñq; ad hesternum quidquid transfix-*

temporis, perijt: huc ipsum quem agimus  
diem, cum morte diuidimus. Mortis autē Mortis  
ventura tres nuncios recenser Hugo, ca- nuncij  
sum, infirmitatem, senectutem. Catus du- qui.

*fabula.*  
Catus denunciat mortem latenter, in  
firmitas apparentem, senectus presentem.

Sed fab. lim lo. us iste poscit. Quidā cum  
morte pa. illebatur, ne se improsum oj-  
primaret, sed mitteret prius qui moneret,

qui iisque indicaret ipsam appropinquare.

Mors hoc ipsi recipit, cum non proslus ip-  
si parcere possit, non tamen incautum ob-  
ruram vñquam. His pollicitationi-  
bus securus, idem elatus, animo seculo-

vitam egit: cumq; minime metueret, ec-  
ce mors ipsum ablatum adeat. At mis-  
tergaueratur, restitat, queritur grauerit,

se præter datum fidem fraude circumuen-  
tum abripit, Morts accusat vanitatem: ne-  
minem enim adfuisse, qui ipsius aduen-

tum prænuntiarit. Sed Mors contraria, plu-  
strat. ad ipsum nuncios allegatos demō-  
strat. Quid enim? ait. Nonne annis

ab hinc sex febri, ac post biennium rursum  
grauidine ac distillationibus laborasti?

Nonne & interea sapè cum tussi capitissq;  
doloribus es conficitatus? nonnè & nu-  
per anhelasti? quibus omnibus, vt aduen-

tantis mortis prænuncijs, non longè il-  
lam abesse commoneri debuisti? Quid e-  
tiam paulò ante meum hunc aduentum:

germanum fratrem ad te misi, veterno-  
sum illum soporem, in quo aliquantis per

pro mortuo iacuisti. Ita Mors probata  
fide sua, & altero falsi coniacto, lame-  
tantem ipsum & mulierib[us] euilantem

abripuit. Discant hinc omnes, quibus  
propria falso curæ est, quid facere nos o-  
prudenter, si mature sarcinas colligere-

mus, ante mortem consummata vitam,  
& deinde p[ro]le expectare aliquam temporis  
patem. Ecquem enim nostrum eiulmo-

di mortis apparitoris non multo in-  
terpellarunt, & ad magrandum extimu-  
latur? Scilicet

*Milli modis lethi miseris mors una fa-  
tigat.*

inquit Statius. Quid igitur sursum cur-  
sum nostrum dirigimus, & minutamen-  
tum, & exterminantem mortem

attendimus, ne simul cum corporis fra-

*sor mor-  
tu frater.*

ctuta

*Quoq; die  
mor-  
mur.*

Stura animæ iacturam faciamus ? Huc tur, Mors optima rapit , deterrima re-  
ctiam spectat illud , quod proverbio fer- linquit .

In mortem præpoperam.

EMBLEMA CLVII.



Q V I teneras forma allexit , torsitq; puellas  
Pulchrior & tota nobilis urbe puer ,  
Occidit ante diem , nulli magè flendus , Areſti ,  
Quām tibi , cui caſto iunctus amore fuit .  
Ergo illi tumulum , tanti monumenta doloris  
Aſtruis , & querulis vocibus aſtra feris :  
Me ſine abis dilecte ? neque amplius ibimus unā ?  
Nec mecum in ſtudijs otia grata teres ?  
Sed te terra teget , ſed fati Gorgonis ora ,  
Delphinesq; tui ſigna dolenda dabunt .

Tt 4 COM-